



39

IN DISCESSVM  
ORNATISSIMI ET  
DOCTISSIMI IUVENIS

DN. SAMVELIS PHRYSII STE-  
tinenfis Pomerani, LL. Studi-  
osi, Servestâ VI. Nonar. Maij  
abeuntis.

*Carmina ab amicis scripta.*



Servestæ Soraborum typis Iohannis  
Schlerij excusum,  
Anno 1601.

30



IN DISCESSUM  
ORNAMENTIS

DOCTISSIMIS  
NICOLAUS PONTANUS, J. Stodp  
C. Pontanus, J. Noor, Maj

Ca. Cantuar. abbatibus scripta

Severus Sordanus in die Sabbato  
Scholasticum  
Anno 1501







## Sapphicum.

**M**E, Phrysi, ignotos aditure, misso  
Nobilem Herborem studijs, &  
inde  
Vel Palatinas loca Myrtiletis  
Incluta Musas

Sive Cattorum juga, quò Camœna  
Diffluunt Vultèl celebres, & inde  
Clara Dantischi, tua te rapit quo,  
Mœnia, cura.

Libero fœlix pede quo pronœa  
Allicit tutus properes, tenacem  
Exitus te propositi sequatur  
Rite beatus.

Parva Seruest & domus irretorta  
Sit brevi sedes utinam senectæ  
Sit modus lasso mihi turbidarum  
Tristitiarum.

Ille splendores mihi præter omnes  
Angulus ridet, ubi teste vivam

A 2

Patte



*Patre demissus, fabricabor almi  
Patris honores.*

*Fama Servestæ sacra, sacra certe  
Ver ubi sacrum, typicamq; spectat  
Christus in mensam, misero nec horret  
Gloria vultu.*

*Te iuvat notus locus, & remota  
Postulant ades, ibi luctuosum  
Fabricæ nomen Samuelis agro  
Ore citabis.*

*Samuel Fabricius Ecclesiæ Servestanæ  
ad D. Nicolaum Diaconus  
designatus.*

*A L I V D.*

**V**sq; manere domi, & patriis terere otia  
terris,

*Mos in femineum convenit iste genus:  
Idem si juveni cuiquam fortasse probatur,  
Is sine cordato pectore corpus habet.  
Ergo Pierij merito laudentur alumni,  
Qui procul à patria rura remota petunt,  
Sumtibus & nullis parcunt, nulliq; labori:  
Ut sibi virtutum nomina clara parent.  
Tu quoq; in hoc numero cum sis, patriæq; relicto  
Rure petas longis docta Lycea viis,*



Tanta participas laudis: vellemq; facultas  
Non deesset, comitem me tibi amice darem.  
Sed nummis careo, & meus est jam tēpore longo  
Saccus inutilibus plenus araneolis;  
Nec secus ac, pingui defecta est unguine quando  
Subsistit medio rheda gravata luto,  
Sic mea conditio est. Verum has nunc mitto que-  
Ac ut ne cœptis sim mora fortè tuis: (relas:  
Fundo preces, & te summo commendo Parenti,  
Gnatoq; unigena, Spirituiq; vale.

Jacobus Rhodus LL. studiosus,  
Dantiicanus.

A L I V D.

**D** Vm rimor causam, & miror, Doctissime  
Phrysi,

Moribus & studiis cognite, fide mihi!  
Cur veterum linguas præclara Lycea Sorabum;  
Totq; pares doctos deseruisse viros,  
Pieridum Præses Phœbus mihi vellicat aurem,  
Atq; hos divino subjicit ore sonos:  
Non levis ansa fugam nostro persuasit alumno,  
Ipse abitum certa de ratione parat.

A 3

Mens



Mens avida, illius Phœbum, Phœbiq̄, sorores  
Ardeat, & has properat percoluisse Deas.  
Ut patria possit leges inferre sacratas  
Pleniùs & Themidos jura docere rudes,  
Hac vera est virtus, hominum cognoscere mores  
Oppidaq̄, & varias visere rite plagas,  
Ingenium ingenis formare, atq̄ artibus artes,  
Ac animos animis corrigere arte bona.  
Moribus & mores excudere, factaq̄, factis,  
Et sic regredier non sine laude domum.  
Præcipuè si cui, rerum pulcherrima mater,  
Adstiterit Pietas addita fida comes,  
Si quis jam teneat Sophia monumenta, bonasq̄  
Artes, & linguas, historiasq̄, sacras,  
Sic censura viris, sic vita norma paratur,  
Sic usu ex longo doctior exit homo.  
Sic animi vites format Sapiencia, sic &  
Accedit gravitas, cunctaq̄, dona animi.  
Hæc Phœbus: Quid ego faciã, Dulcissime Phrysi?  
Desino mirari nunc abitum ipse tuum.  
Quandoquidem Fato mortalia cedere corda  
Fas est, ut cupiant, qua cupit ipse Deus.  
Ito igitur, Phrysi, sed non sine Numine sancto,  
Urbesq̄, & populos atriaq̄, alta vide.



Ito, quò pia fata vocant, quò pectoris ardor,  
Atq; domum insigni doctior arte redi.  
Affluat ergo tibi plenis ars aurea rivis,  
Musaq; Castalias larga propinet aquas.  
Teq; Themis, cui das operam, solito ornet honore  
Ut fias columen, Lumen, honosq; tuis.  
Hæc tuus Heruvigius tota tibi mente precatur,  
Cuius tu nolis immemor esse. VALE.

Thobias Heruvigius, Medicinæ  
studiosus. Servestanus.

A L I V D:

**I**To decus nostrum SAMVEL, quò numina Phœbi  
Ire iubent, & quò te vocat ipse DEVS.  
Ito, bonis sed non avibus, quas turba putabat  
Ethnica, seu comites esse ducésve viæ;  
Sed Christo præeunte viam. Nam præside Christo  
Sat res salva tua est, sat via tuta tibi est.  
Hæc tibi vota fero; sed & est quod reddere possis,  
Quodque unum precibus denique posco meis:  
Nempe tuo noster ne cedat pectore vultus:  
Nec tradas vento nomina nostra tuo.  
Sed memor æternùm sis nostri; sicque vicissim  
Nostra feret laud. s munia lingua tuæ.

Christianus Frencelius S. Th. Stud.  
Bernburgensis.

ALIVD.



A L I V D.

**Q**Vando dedit studijs operam gens prisca Sophorū;  
 Non intra patriæ recta morata fuit.  
 Sed positas adiens vario sub sidere terras,  
 Insignes passim vidit in arte viros:

Ad quorum voces, aures quod flexit amicas;  
 Æternum famæ nomen adepta tenet.

Talis erat quondam sapiens ab Apolline dictus:

Talis erat Samius, Cecropiusque lenex.

Adde alios sua quos totum diffusa per Orbem  
 Non sinit interitus nescia fama, mori.

**T**E quoque in hoc facto iuvat horum exempla referre,

O Samuel animæ pars quotacunque meæ:

Patria te tenerum fovit; qua deinde relicta  
 Stolpe præceptis nutrit alma suis:

Vnde recedentem Ascania in regione recepit

Vrbs, quæ de Vestæ nomine nomen habet.

Nunc quoq; fert animus Soraborum Helicone relicto

Visere Narsiaci, me duce, rura soli;

Aut etiam, Carrum quod sub ditione Lyceum est;

Clara ubi Vultæus pulpita magnus obit.

Ne nos poeniteat susceptum ferre laborem;

Aut tam longinquæ tædia multa viæ.

Præside si Christo juvet exhaurire labores,

Quales & quantos Ethnica turba tulit;

Tum multò fructus potior nos inde sequetur:

Nam labor in Domino nullus inanis abit.

Jeremias Colerus Silesius itineris &  
 studiorum tuorum ἐργασίας.

F I N I S.



Cl 2490


ULB Halle

3


004 936 701











M  
MIET  
VENIS  
I STE  
tudi  
Maij  
*ipta*  
hannis

39

